Marian Library Studies

Volume 2 Article 3

12-1-1970

The Mariale of Saint-Evroul

Agustin Pedrosa

Follow this and additional works at: http://ecommons.udayton.edu/ml_studies

Part of the Religion Commons

Recommended Citation

Pedrosa, Agustin (1970) "The Mariale of Saint-Evroul," *Marian Library Studies*: Vol. 2, Article 3, Pages 5-24.
Available at: http://ecommons.udayton.edu/ml_studies/vol2/iss1/3

This Article is brought to you for free and open access by the Marian Library Publications at eCommons. It has been accepted for inclusion in Marian Library Studies by an authorized administrator of eCommons. For more information, please contact frice1@udayton.edu.

The Prologue and the first two sermons of the Mariale of Saint Evroul

The collection of sermons called the *Mariale of Saint Evroul* was studied for a doctoral thesis presented to the University of Fribourg (Switzerland) by Father Agustin Pedrosa in 1958.

In his article "El Mariale de Saint-Evroul" published in *Ephemerides Mariologicae*[1] Father Pedrosa dates the collection between 1141/1159 and 1200[2] and provides a critical edition of two of the 13 sermons.

To help complete this edition, we are publishing here the beginning of the collection: the prologue and the first two sermons; other parts will be published in future issues of *Marian Library Studies*.

[1] Agustin Pedrosa, "El Mariale de Saint Evroul", in *Ephemerides Mariologicae* XI (1961) p. 5-63.

Father Pedrosa was seeking (pp. 5-15) a synthesizing explication of the collections entitled "Mariale", a highly meaningful term at the end of the 12th century. While studying the history of the Latin version of the AKATHIST hymn and the development of the Marian salutations, Father G. G. Meersseman demonstrated the important role played by liturgical needs in the formation of such collections (G. G. Meerssemann, O.P., *Der hymnos Akathistos im Abendland*, 2 vol. Freiburg - Schweiz, 1958). In his article "L'Énigme du Mariale Magnum" (*Ephemerides Mariologicae* XVI (1966) pp. 265-288), Father Henri Barré generally places the Mariale among the "De laudibus beatae Mariae Virginis" (p. 269).

[2] *Ibid.* p. 21.

ABBREVIATIONS AND SYMBOLS

om. = omittit, omittunt (omitted)
add. = addit, addunt (added)
( ) = proper names added to facilitate comprehension
[ ] = paragraph divisions
] = separates preferred readings from those found in other MSS

LETTERS USED TO DESIGNATE THE FAMILIES AND THE INDIVIDUAL MSS

z. =	a.	= Avignon 593	12 c.
	c.	= Reims 1394	12 c.
	e.	= Paris, BN lat. 11700	12 c.
	f.	= Paris, BN lat. 2153	13 c.
		= Avignon 593, f. 49r-56v	
y. =	B.	= London, Lambeth Palace 420	12 c.
	C.	= Paris, BN lat. 2594	13 c.
	D.	= Cambridge, St. John's College 82	12 c.
	G.	= Évreux 54	12 c.
x. =	A.	= Troyes 444	12 c.
	E.	= London, Br. Mus. Harley 3176	12 c.
	F.	= Paris, BN lat. 5268	14 c.
	g.	= Paris, BN lat. 14590	12-13 c.
	b.	= Angers 241	12 c.
	d.	= Troyes 878	13 c.

PRINTED TEXTS REFERRED TO

Baron = R. BARON, "Deux textes inédits de Hugues de Saint-Victor" in *Revue d'ascétique et mystique* XXXI (1955) 268-271.
Davy = M. DAVY, "Méditations inédites de Guigues II le chartreux," in *Supplément* à la *Vie Spirituelle* 33-35 (1932-1934).
Muller = B. MULLER, "Les méditations d'un moine au XIIe siècle" in *Revue Mabillon* 24-25 (Abbaye Saint-Martin 1945) 9-19.
PL = Patrologia Latina (Migne) Paris, 1844-1865.
Sermo III in Ann. in *Ephemerides Mariologicae* XI (1961) 45-56.

[Proemium]

[1] **M**irande virginis laudes, qui miratur mirandus est nemo si moverit deum in sanctis suis mirabilem mirabiliorem ex eo, quod de virgine factus est homo.

Artifex enim omnium deus ad laudes matris laudum laudabiliorem cumulum addidit in hoc utique, quod de virginee carnis decore dive sue carnis decorem induit.

Recte igitur eterni regis dixerim erarium virginalis uteri palatium, in cuius officina spiritus sanctus monetam talenti formavit, pretio cuius omnes sumus redempti ac ditati.

In talis itaque tanteque persone laudibus, licet easdem laudes ad integrum indicibiles fateamur, huius series libelli ex dictorum patrum veterum et recentium tota contexitur.

Ausus vero tam pie servitutis tanto debet esse cunctis acceptior quanto reverenda patrum auctoritas dote morum in exemplo vite et fructu doctrine est locupletior.

Lector, quoque facile fidem dictorum comprehendet nec reprehendet, quia nominum apices annotatas in margine ad eorum veritatem in serie lectionis ductrices inveniet.

Eius autem, qui hoc opusculum defloravit ad virginis matris honorem hec fuit intentio, ut traduce pagina legentibus claresceret et calesceret dulcis et florida beate Marie recordatio.

[2] Si, quis vero nomen libri requirit, leget capita iungendo versuum et mox occurret ei vocabulum, idest MARIALE, quod est de laude Marie. Continet enim decentissimos sermones ternos ad quatuor virginis sollempnitates per annum pertinentes, qui quidem in ecclesia non sunt legendi, sed in capitulo ad edificationem audientium exponendi.

[3] Quorum ordinem et numerum subtus habes pretitulatum:

In annuntiatione dominica:

Sermo primus: In principio creavit deus celum et terram. Item.
Sermo secundus: Ecce virgo concipiet et pariet filium. Item.
Sermo tercius: Missus est angelus Gabriel

} De annuntiatione laudes

[1]. — 10 In] *om. C.* — 19 hoc] *om. G.* — 21 calesceret *xy*] elucesceret *A.*
[2]. — 2 *Mariale*] Marie *F.* — 4 per annum] *om. E.*
[3]. — 2 dominica *A*] gloriose dei matris et virginis Marie *xy.*

a deo in civitatem.

In purificatione beate Marie:

Sermo primus: Adorna thalamum tuum Syon- Item.
Sermo secundus: Postquam impleti sunt dies purgationis. Item.
Sermo tercius: Videte miraculum matris domini.
} De purificatione laudes

In assumptione matris domini:

Sermo primus: Paradisi porta per Evam cunctis clausa est. Item.
Sermo secundus: Maria virgo assumpta est ad ethereum. Item.
Sermo tercius: Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis.
} De assumptione laudes

In nativitate sancte Marie:

Sermo primus: Nativitas est hodie sancte Marie virginis.
Sermo secundus: Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris. Item.
Sermo tercius: Liber generationis Ihesu Christi, filii David, filii Abraham
} De nativitate laudes

[4] Ultimus sermo, qui sic incipitur: "Multe virgines congregaverunt divitias", excellentissimus est de laude multiplici intemerate matris et virginis, eoque ad edificationem fratrum in qualibet eius sollempnitate uti poteris.

8 in civitatem *om. γ.* — 9 beate] *add.* dei genitricis et virginis *BE*, *add.* perpetue virginis *C.* — 16 matris] *add.* Marie *BEC.* — 18 clausa est] *om. B.* — 20 ad ethereum] *om. C.* — 22 de lignis] *om. BC.* — 23 sancte] sanctissime virginis dei genitricis *BE*, sanctissime virginis *C.* — 25 Marie virginis] *om. C.* — 27 suavitatem odoris] *om. C.* — 27 odoris] *om. B.* — 29 filii David filii Abraham] *om. C.* — 29 David filii Abraham] *om. B.* — 30 Abraham] *om. E.*

[4]. — 1-4 Ultimus - poteris] *om. A.* — 1 sermo] *om. F.*

[4]. — 1-2 Prov. 31, 29.

[1]. — 4-9 Artifex - ditati: *Lib. Salut. f. 61v.* — 21 dulcis - recordatio, *Ernaldus Bonaevallensis, Comment. in Ps. 137, PL 189, 1582C.*

Sermo primus in anniuntiatione sancte Marie virginis

[1] "In principio creavit deus celum et terram. Terra autem erat inanis et vacua et tenebre erant super faciem abyssi et spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitque deus: Fiat lux et facta est lux. Et vidit deus lucem, quod esset bona. Et divisit lucem ac tenebras. Appellavitque lucem diem et tenebras noctem. Factumque est vespere et mane dies unus".

[2] Duo sunt opera dei: prium, quo mundum creavit, secundum, quo mundum restauravit. Moyses primum opus per sex dierum distinctiones coniungit, cui se multiplex sanctorum patrum explanatio subiungit. Secundum vero opus non solum verbis exponitur, sed ipsis etiam rebus oculis visibus nostris apponitur, tanto verius et certius quanto et ab ore pendet cantantium et in manibus heret legentium. De quo, quid parvitas nostra iuxta tropologiam sentiat, ut manente scripturarum veritate, nichil contra veritatem aut dicat aut sentiat, subsequens pagina declarat. Sepe enim res eadem diversis modis tractatur ut prudens animus per doctrine affluentiam exercitetur et ad multiplicem viam scientie erudiatur. Mire misericors omnipotens creator per sui presentiam ad sui notitiam mundum reformaturus elegit de mundo, per quod satisfaceret patri pro mundo. Ut igitur ordinem restaurationis gradatim distincteque secundum articulos Christus perficeret cum populo electionis quasi quandam cursum intravit ut per excursum ad debitum finem ipsum ordinem perduceret.

[3] Dicatur ergo: "In principio fecit deus celum et terram" idest plebem iudeorum, cuius illa pars per celum significatur, que divinum

[1]-[2]. — In—perduceret] *om. b.*

[2]. — 1 quo] quod *c.* — 2 quo] quod *c.* — 1-2 secundum - restauravit] *om. x.* — 2-3 distinctiones] institutiones *a.* — 3-4 cui - subjungit] *om. c.* — 5 oculis visibus *x*] oculis *y*, visibus *z*. — 12 omnipotens] omnipotensque *C.* — 15 Christus *xc*] temporum *yz*.

[3] 1 fecit] creavit *a.* — 2 plebem *x*] populum *yz*, populum plebem *B.*

[1]. 1-6 Gen. 1, 1-6.

[2]. — 1-2 Duo - restauravit: Hugo magister, *De Scripturis et Scriptoribus sacris PL 175,11A; item De Sacramentis PL 176,183A, item, Richardus de S. Victore, Excerptionum priorum liber secundus PL 177,203C ad sensum.* — 7 De quo *etc.*: Liber — 9 Sepe *etc.*: Hugo magister. — 11 Mire *etc.*: Augustinus.

[3]. — 1 Gen. 1,1.

cultum pede amoris subsequebatur. Terre vero illa popularis frequentia assignatur, in qua nichil beneplacitum deo inveniebatur. In illa vero parte, que vocatur celum trimodum genus hominum: aliud infirmum, aliud provectius, aliud perfectum. Ac si dicatur: celum, celum celi, celi celorum. Et, quia celum per quatuor plagas extenditur, numerum earum ad signficantiam referas. Significata vero, hoc modo ad mores transferas: Celum itaque sunt, qui sciunt commissa deflere, flenda vero non committere, consiliis seniorum adherere, ascensiones in corde disponere. Celum celi sunt, quibus inest contemptus dominationis, patientia subiectionis, tolerantia persecutionis, fructus devotionis. Celi celorum ut sint, hec faciunt: innocentia operis, munditia cordis, exemplum imitationis, materia exultationis.

[4] Terra quoque quatuor habet climata, quibus male firma ad bona agenda fit infirma. Hec vero sunt: oblivio iusticie, temeritas proprie confidentie, presumptio misericordie, impunitas nequitie. "In principio itaque fecit deus celum et terram". Qualis vero terra sit addit et dicit: "Terra autem erat inanis et vacua". Vacua scilicet, quia carens divina caritatis fundamento. Inanis, quia inherens mundane vanitatis oblectamento.

[5] Deinde sequitur: "Et tenebre erant super faciem abyssi". Abyssus conscientia peccatorum, facies notitia eorum. Tenebre ergo, idest caligo et obscuritas, sunt super faciem abyssi, quia peccatori non subest nosse, quo perpendiculo examinis ad libram iusticie deus appendat sue massam nequitie. Sunt autem tres abyssi: prima superior,

3 subsequebatur] subsequatur *D.* — 3 terre] terra *fc.* — 5 trimodum] add. erat *yz.* — 8 referas] redas *A.* — 8 vero] *om. yz.* — 10 non] *om. b.* — 11 celi] *om. E.* — 13 hec] hoc *CaB.*

[5]. — 3 peccatori] *om. x.* — 5 abyssi] *yz.*

[4]. — 3-4 Gen. 1, 1. — 5 Gen, 1, 2.
[5]. — Gen. 1, 2.

[3]. — 3 Terre *etc*: Liber. — 7 Et quia *etc*: Augustinus. — 9-10 Celum itaque *etc*: Liber. — 9-10 qui - commitere: *Gregorius Magnus XL Homiliarum in Evangelia. Lib. 2. Hom. 34, PL 76, 1256, ad sensum; item, Bernardus abbas, Tractatus de moribus et officio episc. PL 182, 818D.* — 11 Celum celi *etc*: Bernardus abbas.
[4]. — 1 Terra. Liber. — 2 Hec vero *etc*: Bernardus abbas. — 4 Qualis *etc*: Liber.
[5]. — 1-2 Abyssus *etc*: Liber. — 5 Sunt autem *etc.*: Bernardus abbas, *item Ernaldus Bonavallensis in Ps. 132, PL 189,1586D, ad sensum.*

secunda interior, tercia inferior. Supra se habet homo abyssum iudicii, intra se abyssum peccati, infra se abyssum tormenti. Inter duas igitur abyssos, in tercia iacet peccator absconditus, quia abyssus iudiciorum terret superius, abyssus tormentorum expectat inferius, abyssus peccatorum torquet interius. Non solum itaque super, sed in circuitu sunt tenebre, quia abyssus tormenti invocat ab inferis, abyssus peccati deprimit a superis, abyssus iudicii obruit a supernis.

[6] Addiditque: "Et spiritus domini ferebatur super aquas". Aque sanctorum sunt mentes et anime. Unde psalmista: "Viderunt te aque deus, viderunt te aque", idest mentes et anime pure. Spiritus itaque domini quibusdam superfertur, aliis instillatur, paucis infunditur vel immiscetur. Superfertur quasi in valle incipientibus, instillatur quasi in campo proficientibus, infunditur velut in monte perfecte amantibus. Et bene dicitur, quod "spiritus superferebatur aquis", quia in illo populo veterum iustorum rari habuerunt gratiam spiritualium donorum. Spiritus enim cordium mundator et mundicordium amator, novi testamenti temporibus et in eius novitate ambulantibus, amplitudinem gratie reservabat, per quam non solum superlatus sed in eis dilatatus efficeret, ut quanto mundiores tanto capaciores et quanto capaciores tanto essent ardentiores.

[7] Unde dicebat: "Veniemus et mansionem apud eum faciemus". Non dixit mansione facta veniemus, sed veniemus et mansionem faciemus ut dignaretur prius cum homine habitaculum facere in homine et sic habitare cum homine. Quia vero in illa multitudine pauci erant, qui se accingerent ad laborem spiritualis militie, pauciores, qui

6-7 supra se habet homo abyssum iudicii, intra se abyssum peccati, infra se abyssum tormenti] *om. s.* — 8 abyssos] abyssus *y*. — 11 tormenti] tormentorum *A*.

[6]. — 4 aliis instillatur, paucis infunditur] *om. C.* — 7-13 Et bene-ardentiores] *om. b.* — 7 superferebatur aquis] super aquis ferebatur *C.* — 9 mundicordium] mundi cordis *D.* — 9-10 amator] amatorum *B.* — 11 reservabat] servabat *D*, reservavit *c*.

[7]. — 1-8 Unde - fermentum] *om. b.* — 1 apud eum] *om. y.* — 2 mansionem] *add.* apud eum *z*.

[6]. — 1 Gen. 1,2. — 2-3 Ps. 76,17. — 7 Gen. 1,2.
[7]. — 1 Jo. 14, 25.

[6]. — 1 Aque *etc*: Ieronimus. — 3 Spiritus *etc.*: Bernardus abbas. — 5 Superfertur *etc*: Ivo episcopus. — 7 Et bene *etc*: Ivo episcopus.
[7]. — 2-3 Non - faciemus: Hugo magister *De Archa Noe morali lib. IV PL 176,664C-D.* — 4 Quia vero *etc*: Ivo episcopus.

dilectum fugientem lacrimis desiderii prosequerentur et revertentem brachiis amoris amplecterentur, placuit deo separare dominicum frumentum et pharisaicum fermentum.

[8] Dixitque deus: "Fiat lux". Lux ista sola mater innuba est virgo Maria, que de iudeis exorta in lucem gentium est orta.

[9] "Et facta est lux". Sicut enim lux aurore solam antevenit ipsa autem a sole venit, ita virgo dum nascitur, lucem dedit letitie utpote paritura solem iusticie. Et licet ex iudeis duceret carnis originem preerat tamen eis ut asserit angelus; per gratie plenitudinem. Velut rosa de spinis, sic lux ista nascitur de tenebris, immo ipsis tenebris infunditur et super ipsas effunditur modo triplici, quia virgo nostra tenorem et morem legis et gentis iudaice excedit: primo per votum virginitatis, secundo per officium humilitatis, tercio per meritum sanctitatis, "et sic facta est lux".

[10] Sequitur: "Et vidit deus lucem, quod esset bona". Sicut "nemo bonus nisi solus deus", ita nulla perfecta invenietur si genitrici dei comparetur. Deus enim super omnis benedictus in secula et mater eius inter omnes mulieres benedicta per secula.

[11] Ideoque additur: "Et divisit lucem ac tenebras". Magnum quippe chaos inter Mariam et Iudeam positum est, quia sicut iugalitas semper habet de carnis corruptione, quod defleat, ita virginitas semper habet in auctore suo, quo gaudeat. Immortalis enim sponsus interioris hominis imputribilem querit pulchritudinem non exterioris pulchram

7-8 et revertentem brachiis amoris amplecterentur] *om. D.* — 8 fermentum] frumentum *c.*

[9]. — 1 et facta est lux] *om. b.* — 4-7 Velut - excedit] *om. b.* — 6 triplici] *om. x.* — 8 excedit] *add.* dum ad parentum imperium assumitur in coniungium *Cz.* — 9 et sic facta est lux] *om. b.* — 9 sic] *om. D.*

[10]. — 1 Sequitur] *om. b.*

[11]. — 1 ideoque additur] *om. D.* — 2-8 quia - sequitur] *om. b.* — 2 iugalitas] coniugalitas *C.* — 5 exterioris] exteriori *a.*

[8]. — 1 Gen. 1, 3. — 2 *Cf*, Lc. 2,32.

[9]. — 1 Gen. 1,3. — 3 *Cf.* Mal. 4,2. — 9 Gen. 1,3.

[10]. — 1 Gen. 1,4. — 2 Lc. 18,19. — 3 Rom. 9,5. — 4 *Cf.* Lc. 1,42.

[11]. — 1 Gen, 1,4.

[8]. — 1-2 Dixitque — orta: *Lib. Salut. f.178v item* Liber.

[9]. — 4 Velut *etc*: Bernardus abbas. — 8 primo *etc*: Liber.

[10]. — 1 Sicut *etc.*: Beda

[11]. — 1 Magnum *etc.*: Ivo episcopus.

putredinem. Quomodo namque "per vestibulum bona domus agnoscitur; sic Marie titulus per florem virginitatis et fructum fecunditatis mundo proponitur. Unde et sequitur: "Appellavitque lucem diem et tenebras noctem". Quia vero lux predicta tantum nota erat in Iudeam, placuit deo ut dies mundi fieret et per diem de die, idest filium de matre "omnis Israel salvus fieret".

[12] "Missus ergo angelus Gabriel a deo", talia detulit famina quasi quedam nove letitie semina, inquiens ad virginem: "Ave gratia plena dominus tecum". Sicut enim fit ut tribus morarum spaciis, idest mane, meridie et vespere, dies compleatur ita quedam dies, idest perfectio sanctitatis de gradibus meritorum ac si quibusdam spaciis horarum virgini nunciatur. Cum enim dixit ave, quia salutatio mane crebrior fit, quasi lucem aurore inchoavit. Quam enim dominus salutatione dignam iudicabat, non ignotam sed domesticam et familiarem habebat. Quod nuncius adiungit: "gratia plena" velut meridies, fervorem solaris luminis, sic habeto virginem habere splendorem numinis. Deinde subiungit: "dominus tecum". Quomodo namque ad vesperam sol terris propinquior efficitur sic ad fidem virginis hospitio ventris deus illabitur.

[13] "Factumque est vespere et mane dies unus". Vespere, scilicet, quia "virtus altissimi obumbravit" et mane, quia "spiritus sanctus supervenit". Vespere in refrigerio carnis Christi, et mane in illuminatione spiritus sancti. Quod ipsum in psalmo ita legitur: "In nube diei, in illuminatione ignis". Vespere in fine veteris testamenti, mane in initio novi. Vespere dum terminatur regnum iudeorum,

[8] fructum] fructus *z*. — [9] tantum] tamen *c*.

[12]. — [1] missus ergo] missus est *Cf*. — [1-11] missus - tecum] *om. b*. — [2] Ave] *add.* Maria *z*. — [3] enim] *om. D*. — [3] ut] *add.* in *a*. — [8] crebrior] celebrior *f*. — [10] habeto] habere *af*, habe *c*. — [11] numinis] luminis D.

[13]. — [1] est] *om. D*. — [4-5] quod ipsum in psalmo ita legitur: in nube diei in illuminatione ignis] *om. b*. — [5] diei] *add.* et *z*. — [5] in] et *z*

[8-9] Gen. 1,5. — [11] Rom. 11,26.

[12]. — [1] Lc. 1,26. — [2-3] Lc. 1,28. — [4] *Cfr.* Ps. 54,18. — [9] Lc. 1,28. — [11] Lc 1,28.

[13]. — [1] Gen. 1,5. — [2] Lc. 1,35. — [2-3] Lc. 1,35. — [4-5] Ps. 77,14.

[6-7] per - agnoscitur: *Augustinus, De Doctrina Christiana, PL 34, 113*. — [9] Quia *etc.*: Liber.

[12]. — [3-13] Sicut - illabitur: *Lib. Salut. f.141v*.

[13]. — [1-2] Vespere scilicet *etc.*: Guido abbas. — [5] Vespere *etc.*: Liber.

mane dum inchoatur christianorum. Inter hos itaque dies, "factus est dies unus", idest singularis et solus, in quo creator hominis factus est filius hominis dum nubilum nostre carnis sumpsit de carne virginis. Duo itaque dies in die una ac si duo sunt in carne una dum virgo carnem obtulit et carni se deus intulit. Mater ergo dies, filius dies. Hec dies unus, iste dies unus. Unus igitur et unus, idest altera sola et alter solus, quia sicut in matre specialis et sine exemplo fuit integritas, sic in filio singularis et unica fuit humilitas. In die ergo una due dies sunt tres dies. Dicatur ergo: dies seculi, dies matris, dies filii. In die seculi sol virgo mater est, in die matris sol eius filius est, in die filii sol eius deitas est. Prima venie, secunda gratie, tercia glorie. Gaudeamus in die seculi de venia peccatorum, in die matris de gratia meritorum, in die filii de gloria premiorum. Per hanc transeamus, isti hereamus, ad illam suspiremus. Quia vero duodecim hore sunt diei, habeto horas matris diei. Has ergo divide in septem et quinque. Quinque pertinent ad sensus corporis, quorum continentia a mundi illecebris amplior omnibus extitit in membris virginis. Septem ad mentem referes propter septem gratias anime presides, que de fonte spiritus uniformis rivulo procedunt septiformi.

[14] Hic adest horreum Ioseph, in quo fuit absconditum frumentum septem annorum, quod nisi subvenisset Egiptus tota perisset. Hic adest Moysi fiscella scirpea, que sunt Marie sancte membra virginea, de quibus tunicam, quam Christus induit humani corporis deus intexuit. Hic adest Aaronis virga, que floruit, quia nostre conditionis virgo deum genuit. Hic adest synagoga cum urna, in qua

9 filius] *finis sermonis f.* — 12-14 unus - humilitas] *om. b.* — 15 duo] duos *C.* — 17 prima] *add.* dies *c.* — 20 hereamus] inhereamus *E.* — 20-25 Quia - septiformi] *om. b.* — 21 diei] dei *a.* — 23 amplior] add. ex F. — 25 que de] *add.* mente *C.*
[14]. — 5 Aaronis] Aaron *c.*

8-9 Gen. 1,5.
[14]. — 1 *Cfr.* Gen. 41,56. — 3 *Cfr.* Ex, 2,3. — 5 *Cfr.* Ex, 7,12. — 6-7 *Cfr.* Hebr. 9,4.

8 In quo *etc.*: Augustinus. — 10 Duo *etc.*: Liber. — 12 Hec dies *etc.*: Ivo episcopus. — 15 dies seculi *etc.*: Liber. — 17 prima *etc.*: Bernardus abbas. — 19 Per hanc *etc.*: Hugo magister. — 20 Quia *etc.*: Beda. — 22 Quinque *etc.*: Liber.
[14]. — 1 Hic *etc.*: Bernardus abbas. — 1-2 Hic - perisset: *Davy 39 (1934) 108.* — 3 Hic *etc.*: Alcuinus. — 5 Hic *etc.*: Fulbertus episcopus. — 6-7 Hic - vermiculus: *Lib. Salut. f. 181v.*

manna, de qua vermiculus. Urna Maria, manna spiritus, Christus vermiculus. Hic adest rubus ardens sed non comburebatur, idest puritas virginea, que prole fecundatur. Hic adest Iohelis testimonium promittens frumentum, vinum, oleum. Oleum unctio numinis, vinum anima virginis, frumentum caro dei et hominis. Hic adest ferculum Salomonis, idest corpus virginis in exercitio bonorum operum se circunferens. Hic adest lectulus Salomonis, idest anima virginis in dulcedine contemplationis requiescens. Hic adest Osee adducens ventum urentem de desserto, qui siccabit venas mortis, quia Christus natus de virginis utero diripuit vasa armati fortis. Hic porta clausa Iezechiel inducitur, in qua Marie integritas exprimitur. Hic adest terra argillosa, in qua Hyram fudit vasa templi domini, quia "sicut letantium omnium sanctorum habitatio in te", o Maria bonorum exemplorum.

[15] Tu Rebecca virgo pulchra et viro incognita, quia nec carnem tuam ullus hominum maculavit, nec mentem tuam vir ille corruptor mentium attemptavit.

Tu prima bibens de fonte superne sapientie portas hydriam misericordie super humerum fortissime intelligentie. Tu quoque, domus Achaz, cedrinis tabulis eburnea in immensum prospiciens. Tu es illa grandis de ebore thronus Salomonis fulvo auro purissime sapientie vestiris.

10 vinum] *add.* et *y.* — 14-16 hic - fortis] *om. b.* — 15 siccabit] siccabat *C.* — 17 Iezechiel] Ezechielis *c.*

[15]. — 1-3 Tu - attemptavit] *om. b.* — 4 - [17] 4 Tu - dei] *om. b.*

8 *Cfr.* Ex. 3,2. — 9-10 *Cfr.* Joel 2,19. — 11-12 *Cfr.* Cant. 3,9. — 13 *Cfr.* Cant. 3,7. — 14-15 Os. 13,15. — 16-17 *Cfr.* Ezec. 44,2. — 18 *Cfr.* 3 Reg. 7,46. — 19 Ps. 86,7.

[15] 1 *Cfr.* Gen. 24,16, *Cfr.* Lc 1,34. — 7-8 3 Reg. 10,18.

8 Hic *etc.*: Gregorius papa. — 9 Hic *etc.*: Liber. — 9-11 Hic - hominis *Lib. Salut. f. 181v.* — 11 Hic *etc.*: Bernardus abbas. — 14 Hic *etc.*: Idem. — 16 Hic *etc.*: Gregorius papa. — 18 Hic *etc.*: Liber.

[15] 1 Tu *etc.*: Bernardus abbas. — 1-3 Tu - attemptavit: *Lib. Salut. f. 60v.* — 1-5 Rebecca - intelligentie, *invenitur in Davy 38 (1934) 162-163.* — 4-[17] 4 Tu - dei: *Davy 39 (1934) 47-48.* — 6 -[16] 1 Tu - virginitatis: *Lib. Salut. f. 139r.*

[16] "Rotunda es in posterioribus integerrime virginitatis. Due manus hinc atque inde", quia "leva eius sub capite tuo et dextera illius amplexabitur te". "Duo leones iuxta manus singulas", idest Gabriel archangelus et Iohannes evangelista, quorum alter dextere tue, alter custos sinistre deputatus est. Unde bene Gabriel fortitudo dei et Iohannes boanerges, hoc est filius tonitrui, propter rugitum altissone vocis: Tu sex active vite gradus superascendis, in septimo sedem contemplative quietis attollis. Stant super sex gradus hinc et inde duodecim leunculi, idest fortissimi patres utriusque testamenti. Et bene leunculi quasi parvuli innixi meritis tuis admirantes et clamantes super ascensionibus tuis: "Que est ista, que ascendit sicut aurora consurgens pulchra ut luna electa ut sol"?

[17] O magnum, o admirabile, o incomparabile opus sapientissimi regis. Parum est domina ut te admirentur leones et leunculi, qui sunt in terra. Omnis te curia celestis longe supra se stupet et admiratur in te, "opera digitorum dei". "Non est factum tale opus in universis regnis". Regnat deus in angelis, regnat in sanctis suis, sed "non est factum tale opus in universis regnis". Non est talis inter dies, qualis fuit ista dies, quia nec primam similem visa est nec habere sequentem.

[18] In hoc throno valde bono, dei dono noster ille intellectualis resedit Salomon hodie et omnibus angelorum floribus et hominum

[16] *om. b.* — 2 tuo] meo *C.* — 3 illius] eius *yz.* — 3 amplexabitur] amplexatur *c.* — 3 te] me *C.* — 5-7 unde - vocis] *om. z.* — 9-10 idest - leunculi] *om. D.* — 9 utriusque] novi *A.* — 10-11 admirantes - ascensionibus] *om. G.* — 11 ascendit] *add.* per dessertum *a.* — 12 consurgens] *om. C.*

[17]. — 1-4 O magnum - dei] *om. bz.* — 5 opus] *add.* etiam *a.*

[18]. — 2 angelorum] angelicis *A.*

[16]. — 1-2 3 Reg. 10,19. — 2-3 Cant. 2,3. — 3 3 Reg. 10,19. — 6 Mc. 3,17. — 8-9 3 Reg. 10,20. — 11-12 Cant. 6,9.

[17]. — 4 Ps. 8,4. — 5 3 Reg. 10,20. — 6-7 3 Reg. 10,20.

[18]. — 1 In hoc *etc.*: Liber. — 2-5 omnibus - amaritudinem: *Lib. salut. f. 80r-80v.*

[16]. — 1 Rotunda *etc.*: Idem (*Bernardus*). — 1-12 Rotunda - sol: *Troyes 444, f. 46r-46v.* — 1-5 Rotunda - est: *Paris, BN lat. 17492, f. 89r.* — 3-5 Duo - est: (*Ps-Petrus Damianus*) = *Nicolas Claravallensis, Miscelanea, PL 177, 771D et PL 144, 739C, item, Lib. Salut. f. 34r-34v, et. f. 139r.* — 7 [17] 4 Tu - dei: *Lib. Salut. f. 139r.*

[17]. — 5-8 Non - sequentem: *Troyes, 444, f. 46v-47r.* — 7-8 nec - sequentem: *Sedulius, Carmen Paschale, PL 19, 600A.*

preelegit tue et carnis et anime florem virgineum, de quo ut apes sapientie de abditis munditie elicuit nature dulcedinem et deseruit eius amaritudinem. Et sic de deliciis hominum translata ad delicias angelorum, immo super delicias angelorum ad delicias domini et regis angelorum, quia "speciosa facta es et suavis in deliciis tuis", que possunt delectare, immo provocare divinos aspectus.

[19] O Maria virgo pia, o preelecta et sancta, o venerabilis et imperiosa, o clemens et propicia virtutum operatrix, animarum salvatrix, domina nostra et dei genitrix, in quo et per quem nunc et semper gloriaris.

[20] De his matris dei caritas me coegit loqui sed sensuum et verborum tenuitas circumloqui. Ad laudem igitur matris tue, o qui fons es gratie, per eam, que vas est gratie da veniam de fonte gratie. Qua stillante, adveniam ad te o lux de luce, matris luce michi duce securus pervéniam ut cum angelorum melodia, qui de te canunt et Maria illis iunctus meum iungam alleluia, Amen.

Sermo secundus in annuntiatione gloriose semper virginis Marie

[1] "Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius Emmanuel". Quoniam per prophetam dictum fuerat ad Achaz: "Pete tibi signum a domino deo tuo", illo non credente et ideo non

6-7 immo - angelorum] *om. ADc.*

[19]. — 1 O - pia] *om. xyac.* — 2 operatrix] imperatrix *BC.* — 4 gloriaris] finis sermonis *z.*

[20]. — 1 his] *om. C.* — 2 caritas] caritate *C.*

[1]. — 1-[2] 11 Ecce - caritatis] *om. b.* — 1-2 Ecce - Achaz] *om. z.* — 3 tuo] *add.* in profundum inferni sive in excelsum supra *c.*

[1]. — 1-2 Is. 7,14. — 3 Is. 7,11.

8 que *etc.*: Guido abbas.

[19]. — 1-4 o preelecta - gloriaris: Fulbertus episcopus, *In Nativitate B.M. Virginis, PL 141, 324B.*

[20]. — 1 De hic *etc.*: Liber.

[1]. — 2-4 Quoniam - intelligente: Ieronimus, *Commentarium in Isaiam PL 24, 105C, ad sensum.*

intelligente, dedit dominus signum aliud ut, qui fidem habent habeant et intellectum. "Ecce virgo concipiet" et cetera.

[2] Elatus erat Achaz fastigio solii regalis, astutus humane sapientie verbis. Audierat igitur Ysaias a domino: "Vade dic vulpi illi, petat sibi signum a domino in profundum". Habet enim vulpis foveam, sed in infernum, qua si descenderit adest, qui comprehendat sapientiam in astutia sua. Itaque vade dic volucri illi: "Pete tibi signum in excelsum supra" sed et si in celum ascenderit illic est, qui superbis resistens propria calcat virtute superborum et sublimium colla. Verumptamen ille potestatis dissimulat excelse seu incomprehensibilis profunditatis sapientie, querere signum, et propterea signum bonitatis et caritatis domui David ipse promittit, ut quos nec potestas nec sapientia terruit, alliciat vel pietas caritatis.

[3] Potest tamen, in eo quod ait "in profundum inferni" et caritas ipsa, "qua maiorem nemo habuit", ut in infernum quoque descenderet, non immerito designari ut precipiatur Achaz vel in excelsum regnantis expavescere maiestatem, vel descendentis ad inferos amplecti caritatem.

[4] Molestus est ergo non solum hominibus sed et deo quisquis nec maiestatem cogitat in timore, nec caritatem cum amore meditatur. "Propter hoc dabit dominus signum", in quo manifeste et maiestas et caritas innotescat. "Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur nobiscum deus". Noli fugere Adam, quia nobiscum deus nobiscum carnis similitudine,

[5] intellectum] intelligant *C.* — [5] Ecce] Et ecce *e.* — [5] concipiet] *add.* et pariet filium et vocabitur nomen eius Emmanuel *z.* — [5] et cetera] *om. z.*

[2]. — *om. b.* 2 verbis] verbi *C.* — [3] sibi] tibi *De.* — [4] qua] quo *z, quoque in PL 183, 41A apud Sanctum Bernardum.* — [4] descenderit] descendat *c.* — [5] itaque] itemque *z.* — [5] tibi] *om. yz.* — [6] si] *om. B.* — [7-8] Verumptamen] veritatem *A.* — [8] potestatis] potestati *A.*

[3]. — [1-][6] [1] Potest - concipiet] *om. b.*

[5] Is. 7, 14. — [6-7] Jac. 4,6; 1 Petr. 5,5.

[2]. — [2-3] Is. 7,11. — [5-6] Is. 7,11. — [6] *Cf.* Ps 139,8.

[3]. — [1] Is. 7,11. — [2] Jo. 15,13.

[4]. — [3] Is. 7,13. — [4] *et passim* Is. 7,14.

[2]. — [1-][5] [9] Elatus - electionem: *invenitur in*: Bernardus abbas, *De adventu Domini sermo secundus PL 183, 41A-D.*

[3]. — Potest: Idem, *prosequitur citatio.*

[4] Denique: Idem, *prosequitor citatio.*

nobiscum utilitate. Propter nos venit tanquam unus ex nobis, similis nobis.

[5] Denique, "butyrum et mel comedet". Ac si dicat: parvulus erit et vescetur infantilibus alimentis, ut "sciat", inquit, "reprobare malum et eligere bonum". Etiam bonum et malum audis sicut in arbore vetita et sicut in ligno transgressionis. Sed multo melius a primo Adam secundus partitur. Eligens enim bonum, malum reprobat, non sicut ille, "qui dilexit maledictionem, et venit ei, et noluit benedictionem et elongabitur ab eo". Nam in eo quod premissit, "butyrum et mal comedet", advertere poteris huius parvuli electionem.

[6] Sequitur: "Ecce virgo concipiet". Virgo voto, virgo voce, virgo opere. Voto ad deum, voce ad angelum, opere ad seculum. In voto gloria singularis, quia nulla, que precesserat virginitatem deo voverat. In voce gratia specialis, quia cum ad tantam eligeretur sublimitatem, corde et voce tenuit humilitatem. In seculo, honor incomparabilis, quia sicut non est sanctus ut est dominus, ita nulla sanctior et honorabilior matre eius. De deliciis quippe omnium sanctorum, translata est ad delicias domini et regis angelorum.

[7] Hec virgo alii desponsata, ab alio est fecundata. Virgo deum concepit de spiritu, virgo peperit sine gemitu. In quo formam sumit ecclesie, que quidem proposito sibi sacerdoti iuncta, spiritus sancti virtute cumulata, ab ea per fidem concipimur, per baptisma gignimur. Hec genitrix dei ecclesia sicut comitata auctorem suum Maria de rota mundane conversationis, quod Galilea sonat ascendens in civitatem Iuda, scilicet laudis et confessionis, eterno regi persolvit censum sue devotionis.

[4]. — 7 utilitate] humilitate e.
[5]. — 3 etiam] *add.* hic *z*. — 4 et] *om. z C.* — 6 sicut] *om. D.*
[6]. — 4 specialis] spiritualis.
[7]. — 3 iuncta] *add.* si invisibili *z*. — 4 baptisma] baptismum *z*. — 5-[8]12 Hec - comedit] *om. b.* — 5 Hec.] hic *z*. — 5 comitata] commitata *C*. — 6 mundane] humane *e*. — 11 eligere] eligigere *F*.

[5]. — 1 *et passim* Is. 7,15. — 3 *Cf.* Gen. 3,3. — 6-7 Ps. 108,18.
[6]. — 6 *Cf.* 1 Reg. 2,2.

[5]. — idem, *prosequitur citatio.*
[6]. — Virgo voto *etc.*: Liber. — 1-5 Virgo voto - humilitatem: *Avignon 593 f.19v* — 5-7 In seculo - eius: *Avignon 593 f.19r.*
[7]. — 1-8 Hec - devotionis] Beda, *In Luc, 1,2, PL 92, 330D, ad sensum.*

[8] Nostra virgo, quidem virgo Maria in Nazareth concipit florem de flore ac si nunciaret diem de die. De quo flore filius dei velut apis virginea in deitatis sustantia, suscipit mel de puritate virginitatis, butyrum de susceptione humanitatis. Neque enim inter multiplicem angelice dignitatis excellentiam huius floris et odoris invenit suaveolentiam. Per illam quippe parvulus et "filius nobis est natus et datus". Ideoque infantilibus cibis indigebat, quod velut nutrix eius Ysaias ostendens preparabat et preparans ostendebat quando dicebat: "Butyrum et mel comedet". Butyrum et caseus de lacte fiunt. Butyrum pingue et humidum. Caseus e contra aridus et durus. Bene ergo parvulus noster eligere novit, qui butyrum comedens caseum utique non comedit.

[9] Que est enim "ovis, que erravit" et in psalmo legitur: "erravit sicut ovis, que periit centesima." Utique genus hominum, quod benignus pastor querit, aliis nonaginta novem in montibus derelictis. In hac ergo ove duo reperies: naturam dulcem, naturam bonam et bonam valde tanquam butyrum et peccati corruptionem ut caseum.

[10] Vide ergo, quam optime puer noster elegit, qui naturam nostram sine ulla peccati corruptione suscepit, nam de peccatoribus legis: "Coagulatum est sicut lac cor eorum", in quibus puritatem lactis corrumpit fermentum malicie et nequicie coagulum iniquitatis.

[11] Sic et apis habet mellis dulcedinem, habet etiam aculei punctionem. Apis vero est, que pascitur inter lilia, que florigeram inhabitat patriam angelorum. Unde et ad civitatem Nazareth, quod interpretatur flos et ad suaveolentem perpetue virginitatis florem ad-

[8]. — 7 quod] quos *z*.
[9]. — 1 enim] *om. d.* — 1 ovis] *add.* centesima *e.* — 2 centesima] *om. ce.*
[10]. — 4 corrumpit] corrumperat *c.* — 4 et nequicie] *om. yz.*

[8]. — 6 *Cf.* Is. 9,6. — 8-9 Is. 7,15.
[9]. — 1 Mt. 18,12. — 1-2 Ps. 118,176.
[10]. — 3 Ps. 118,70. — 4 *Cf.* 1 Cor. 5,8.
[11]. — 2 *Cf.* Cant. 2,16.

[8]. — 1 Nostra *etc.*: Liber. — 1-6 Nostra - suaveolentiam: *Lib. salut. f. 80r*. — 2 De quo *etc.*: Bernardus abbas. — 9-[12] 10 Butyrum - non exigens: *invenitur in* Idem (*Bernardus abbas*), *De adventu Domini sermo secundus PL 183, 41D-42C.*
[9]. — 1 Que *etc.*: Augustinus. — 4 In hac *etc.*: Idem.
[10]. — 1 Vide *etc.*: Bernardus abbas] *om. C; prosequitur citatio Bernardi abbatis.*
[11]. — 1 Idem (*Bernardus abbas*)] Augustinus *C.* — 1-5 Apis - adhesit: *Lib. Salut. f. 80r.*

volavit. Illi insedit, illi adhesit. Huius apis mel et aculeum non ignorat, qui misericordiam ei et iudicium cum propheta decantat. Attamen ad nos veniens solum mel attulit et non aculeum, idest misericordiam non iudicium, ita ut persuadentibus quandoque discipulis ut civitatem, que eum suscipere noluit preciperet igne consumi respondisse: "Filium hominis non venisse ut iudicaret mundum sed ut salvaret".

[12] Non habebat aculeum apis nostra, quandoque deposuerat illum, quando tanta indigna patiens misericordiam exhibebat et non iudicium. Sed nolite sperare in iniquitate, nolite peccare in spe.

Apis enim nostra habet quandoque aculeum suum resumere et acriter nimis infigere illum in medullas hominum peccatorum, quoniam "pater non iudicat quemquam sed iudicium omne dedit filio". Nunc autem parvulus noster "butyrum et mel comedet", quoniam bonum humane nature divine misericordia in semetipso sic univit, ut esset homo verus et peccatum non habens, deus verus et peccatum non exigens.

[13] Deus ergo de patre ante secula. Homo nobis innotuit de matre in secula. Deus peccata condonans, homo peccatores reconcilians. Hoc totum factum est ut impleretur in virgine matre Maria, quod dictum est de patre a filio in prophetia: "Qui posuit immaculatam viam meam". Immaculata via mater virgo est Maria, per quam ad nos veniens homo deus homo purus, qui fuerat ante reus imma-

[11]. — 6 ei] *om. C.*

[12]. — 5 medullas *yz*] medullis *x*. — 5 quoniam] quando *ce*. — 6 filio] *add.* per iustitiam, per spem, per contemplationem, per continentiam, per bonam famam et VII designantur in virga, recta est, erecta, procera, flexibilis, subtilis, gracilis, odorifera. Quoniam bene Marie recte conveniunt, deo gratias *C*. — 7 quoniam] quando *z*. — 9 habens] exigens *zD*. — 9-10 deus - exigens] *om. DFc*. — 10 exigens] habens *C*, *exhibens*, *PL 183, 42C*.

[13]. — 3 impleretur] adimpleretur *yz*. — 4 dictum] predictum *C*.

6 *Cf.* Ps. 100,1. — 8-10 *Cf.* Lc 9, 54-56. — 10-11 Jo. 3,17 *et* 12, 47.

[12]. — 6 Jo. 5,22. — 7 Is. 7,15.

[13]. — 4-5 Ps. 17,35.

[12]. — 1 Non habebat *etc.*: Idem (*Bernardus abbas*)] Augustinus *C*, *prosequitur citatio Bernardi abbatis.*

[13]. — 1 Deus *etc.*: Liber. — 5 Immaculata *etc.*: Ieronimus. — 5 per quam *etc.*: Guido abbas.

culatam viam sequatur securus ut non inveniat deus in homine, quod puniat, nec in se homo habeat, quod de deo timeat. Et sic mediante persona matris possumus ascendere ad filium summi patris, qui per ipsam ad nos descendit et per eam in eius venire gratiam, qui per eam in nostram venit miseriam.

[14] De tanto igitur fonte misericordiarum, idest Christo et Maria, matre scilicet et filio, immo filii filia, ait prophetarum secretorum celestium precipuus et conscius Ysaias: "Egredietur virga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet".

Virga est virgo Maria, flos filius eius. Duo exhibita sunt: virga et flos. De virga nascitur flos. Virga mater est, flos filius eius. Virga pretendit rectitudinem, flos pulchritudinem. Virga rectitudinem conversationis, flos gloriam retributionis. Duo sunt: vita recta et vita beata. O homo in his totum bonum tuum est. Vita recta mater est, vita beata filius. De Maria nascitur filius, de vita recta vita beata. Ita precedit iustitia, sequitur gloria, precedit rectitudo sequitur beatitudo, precedit meritum sequitur premium. Apprehende matrem ut vivas recte, nitere post filium ut vivas beate. Tene virge rectitudinem, concupisce floris pulchritudinem.

[15] Huius puritatis subtilitatem admiratur intuens Salomon dicens: "Que est ista, que ascendit per dessertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrre et thuris"? Iste due species duas designant virtutes: myrra significat castitatem carnis, thus devotionem mentis. In carne

9 mediante] mediatrice *yz*.
[14]. — 1-[19] 6 De tanto-salus *om. z*. — 5 Virga] *add.* ut diximus *b*. — 8 flos] *om. b*. — 9 tuum est] *add.* quicquid preter hec duo est, vanum et transitorium totum est *y*. — 13-14 Tene - pulchritudinem] *om. b*.
[15]. — *om. z*. — 2 sicut] quasi *CD*.

[14]. — 3-4 Is. 11,1.
[15]. — 2-3 Cant. 6,3.

8-11 Et sic - miseriam: Bernardus abbas, *De adventu, sermo secundus PL 183, 43 B, ad sensum.*
[14]. — 1 De tanto *etc.*: Liber. — 5 Virga - eius: Hugo magister, *Miscellanea, PL 177, 656D, item, Paris, BN lat. 14948, f.143v.* — 5-14 Virga - pulchritudinem: Hugo magister, *Baron 269., item, Avignon f. 5v-6r.* — 8 Duo: Idem (*Hugo magister*), *prosequitur citatio.* — 9-12 vita - premium: *Paris, BN lat. 17492, f. 43v.* — 11 precedit *etc.*: Beda.
[15]. — 1 Huius *etc.*: Liber. — 3-[19] 6 Iste due - salus, Hugo magister, *Baron 270-271*, Item, *Avignon f. 6v.*

castitas, in mente humilitas. Videte nunc virgunculam nostram, in myrra carnis virginem, in thure mentis humilem, quomodo ascendit per dessertum seculi, nata de terra carnis humane per conditionem et elevata supra carnis corruptionem per conversationem, iungens myrre castitatis et thuri humilitatis universum pulverem pigmentarii ut esset gratia plena referta dono spiritus sancti.

Iccirco recte myrra et thus premittitur, quia castitas et humilitas preeuntes, universis virtutum donis cumulantur subsequentibus. Propterea et ipsa, que hic in thure et myrra virgula dicitur in humilitate et castitate, recte etiam ovis nominatur. Mater quippe agni ovis animal est mundum et mansuetum. Mansuetudo humilitatem, munditia virginitatem significat.

[16] Magnum vite spectaculum Maria. Virgo humilis mundo ne peccet exemplum dat conversatione, filius virginis mundo contra peccatum remedium prestat passione. Mater contra futura ne fiant prebet exemplum, filius contra preterita ne facta noceant prestat remedium.

[17] In hoc filius maior matre, quia passione peccatum mundi abstulit. Non enim pro mundi redemptione mortua est mater, sed filius. Ipsa tamen cooperata est cum filio mundi salutem, compassa eius morti ad crucis passionem. Ubi et si non posuit, iam tunc animam suam exposuit.

[18] Igitur in matre virtutis exemplum lucet, in filio preter virtutis exemplum salutis remedium. Prius enim docuit conversatione, postea sanavit passione. In celo equat patrem maiestate, in terra transcendit matrem pietate. Quam felix mater, que nulla bonitate vinci potest, nisi ipsa sola, que de ipsa crevit in melius.

5 in mente] *add.* habetur *b.* — 5 virgunculam] virgulam *y.* — 6-10 quomodo - sancti] *om. b.* — 10 dono] donis *y.* — 11-12 Iccirco - subsequentibus] *om. z.*

[16]. — *om. z.*

[17]. — *om. z.* — 4 tunc] tantum *B.*

[18]. — *om. z.* — 4 pietate] *add.* Augustinus: presto ei nomen genitricis, nec spolium gloria patitur virginalis) *quod invenitur in Serm. III in Ann.: Eph. Mar. 11, p. 51* [7] *l. 67*) Iohannes Crisostomus: spiritus implebit album, viscera celestis aura fovebit. Eritque illa

14 Mater: Idem (*Hugo magister*) *prosequitur citatio.*

[16]. — 1-[18] 5 Virgo - melius: *Lib. Salut. f. 188r-188v.*

[17]. — 1 In hoc: Idem, *prosequitur citatio.* — 3 Ipsa *etc.*: Bernardus abbas.

[18]. — 1 Igitur: Hugo magister *prosequitur citatio, item,* Avignon 593, f. 6v-7r.

[19] O styrps non degeneraris et propago beata, o matris puritas, o nati pietas, quantum nobis prestas beata Maria: per te monstratur via, per te recuperatur patria; tu via, filius tuus vita. Te contemplamus et incedamus recte, filium tuum ut vivamus beate. O virge rectitudo, o floris pulchritudo. Beata virga, que talem florem produxit. Per Mariam datur Christus et per Christum datur salus.

[20] Ipsa est enim inventrix gratie, genitrix vite, mater salutis, cuius apud filium integritas culpam nostre evacuat corruptionis et humilitas deo grata nostre veniam impetret vanitati. Copiosa eius caritas nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum et fecunditas gloriosa fecunditatem nobis conferat meritorum per gratiam, quam invenit, per prerogativam, quam meruit, per misericordiam, quam peperit, amen.

sine marito mater, cui ego sum sine coniuge pater. Sic mundo succurrere volo nec iam Eva dicatur mater viventium sed Maria (*quod invenitur in S. III in Ann. l. c. p. 51*) Ieronimus: Ideoque tota deifica facta est, quare nullis usibus nisi divinis apta est (*quod invenitur in l. c. p. 51 9 l. 86-88*) Fulgentius: Ante incarnationem redemptoris nostri tanta erat districtio divine animadversionis ut nemo qualibus iustis vel in morte vel in vita apud deum pacem posset invenire, quia vivens passionibus humane corrumptionibus subiacebat, moriens ad infernum descendebat (*ibid. p. 55 19 l. 206-210*) *b*.

[19]. — *om. z.* — [2] beata] *om. y*

[20]. — [2] apud] *om. b* — [2] filium] filus *b*, *add.* homo et deus visitavit hominem ut ipsum de homine duceret ad deum de miseria ad gratiam, de tristitia ad gaudium, quod afferri non possit a vobis aiuvante gratia sue matris, qui vivit et regnat in secula seculorum, amen. *b.* — [2] corruptionis] *add.* excuset *z.* — [3] eius] etiam *z.*

[19]. — [1-6] O styrps - salus: Idem (*Hugo magister*), *Baron 271.* — [2-3] quantum - patria: *Muller 10, l. 32-33, cum variantibus.* — [3] tu - vita: *Muller 10, l. 66.* — [3-6] Te contemplamur - salus: *Lib. Salut., f. 188v.*

[20]. — [1] inventrix - salutis: *Muller 10, l. 30-31.* — [1-5] Ipsa - meritorum: Bernardus abbas, *De adventu Domini, sermo 2, PL 183, 43B.* — [5-7] per gratiam - peperit: Bernardus abbas, *De Adventu Domini, sermo 2, PL 183, 43C*, item, *Muller 10, l. 66-67.*